



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Antonii Mvsae Brasavoli Medici Ferrariensis Examen
omnium Trochiscorum Vnguentorum, Ceratorum,
Emplastrorum, Cataplasmatumque, & Collyriorum**

Brasavola, Antonio Musa

Venetiis, MDLI

Senex XVIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70720](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70720)

BRASAVOLI

quæ neque ista ex Dioscoride compositio despicienda sit.

SENE X XVIII.

Trochisci de Myrrhaut ad examen ueniant cõtendunt.
BRAS. Bene uenerint, illorum faciem detege ut ipsos
uidere possimus. SE. Quam faciem dicis? BRAS.
Eorum compositionem. SE. Hæc est quæ sequitur à
Rasi descripta in nono ad Almansorem libro in capite
de Mensium prouocatione.

Recipe myrrhæ drach. III.

Lupinorum optime tritorum drach. V.

Foliorum rutæ drach. III.

Mentastri, Pulegij ceruini	} Singul. drach. III.
Cimini, Rubeæ tinctorum	
Assæ fœtidæ, Serapini	} Singul. drach. III.
Oppopanacis	

Conterantur omnia, & cõficiantur trochisci cum aqua
in qua bullierint, & coctæ fuerint drachmæ duæ semis
nis iuniperi. BRAS. Antiquos uidi qui ex sabinæ de-
coctione conficiebant, quos etiã non improbo. sed quid
accipis per ceruinum pulegium? SE. Aliàs serpillum
accipiebam, nunc usuale pulegium accipio. BRAS.
Quantũ sit de re ipsa. i. de cõpositionis intetione utrũq;
summi potest; tamen pulegium potius accipiendum est
omnibus notissimum, ut Dioscorides ait, nam menses tra-
hit, secũdas, ac partus. nihil habet amplius cõpositio q;
contemplatione indigeat, cum addiderim omnia quæ ad
uterum spectant aperire.

SENE X XIX.

Ob hoc trochisci de Eupatorio in medium accedant.
BRAS. A quo authore desumuntur? SE. A Mesue
qui